

nulla est disiunctio, vnū non est mortis et animæ a corpore separatio. Ex duobus autem vel tribus vel quatuor compositis, vnumquodq; compositū separari necesse est, quod est mortis. Et scito qđ nullum compositum igne carens, comedit nec bibit, nec dormit. Et qualiter cum angeli ex igne sint creati, cur non comedūt? cum dicitur ignem esse, quod comedit. Respondet, quod ignis simplex non cōedit, verū spissus ignis. Nō enim sunt angeli ex spisso igne, verum ex tenuissimo tenuissimi ignis & simplici. Igitur ex tenuissimo creati igne non dormiunt, nec comedunt, nec bibunt.

Nota quod quatuor sunt qualitates primæ, scilicet caliditas, siccitas, frigiditas, et humiditas, et dicuntur primæ qualitates, quia ex ipsis omnia componuntur elementa & omnia elemētantur, & omnia complexionantur, Et elemēta sunt de simplicibus qualitatibus. Ideo posse habent conuertere et mutare materiā de qualitate in qualitatem, aliquādo in siccū, aliquando in humidū, aliquando in calidum, et aliquando in frigidum, secundum quod diuisio naturæ est confortata per complexionem suorum elementorum, vel etiam debilitata. Et qualitates sunt sicut materia elementorum, in quas ipsa ponunt suas formas. Sunt & in eis retentę, sicut eius natura demonstrat in omni generatione.

Item vnum solum elementum non potest cor

f